**Q**uid de eo q̄ p̄trahit societate cū alio  
ad fenus exercendū. xvij

**Q**uid etiā de eo qui mutuat usurario  
pecunia ad participationē lucri usurarū.  
**R**endet Alsten. vbi. s. q̄ tales qui inducunt  
alicuis ad fenerandū tenent in solidū si ali-  
ter nō erāt feneraturi. Si aut̄ als erāt fe-  
neraturi non tenent nisi inquantū ad eos  
puenit. **S**ed m̄ vero Kodo. in neutrō casu  
tenent nisi q̄tum ad eos puenit: et est me-  
lior p̄ditio taliū in hoc casu q̄ in furto vel  
rapina vbi p̄stant auctoritatē & restitutio-  
nem. **T**enen etiam si nihil ad eos puenit.  
et hoc ideo. q̄ rapina et furtū cōtra volū-  
tatem dñi fuit qui patitur damnū: sed usu-  
ra de voluntate dñi puenit ad creditorē:  
nec inuenit q̄ iura dent actionē debitorū  
cōtra hm̄oi inductores ad repetendū usu-  
ras ab eis quas debitores solvant taliter

inductis per alios vel si ad inducentes ni-  
hil puenit inde. **L**ocor monal. xvij  
**Q**uid de eo qui pecunia deponit apud us-  
urarios. **R**endet idē vbi. s. q̄ si quis co-  
mitteret pecunia suā usurariō habenti  
vnde alias usuras exerceret hac intentio-  
ne vt inde copiosius p̄ usurā acquireret ei  
materiā peccandi daret. vnde et ip̄e culpe  
p̄ticeps esset. **S**i vero usurario aliter ha-  
benti vnde usuras exerceat aliquis pecunia  
suā cōmittat vt tuius seruet nō peccat h̄  
vitur ad bonum homine peccatore. **H**ec  
Thomās. xix

**D**ctrinā usurarū intentionarū qui ha-  
bit intentionē aliqd habendi & principa-  
liter ppter hoc mutuavit: als nō mutuatu-  
rus nō tñ deduxit in pactū teneat ad resti-  
tutionē. **R**endet Alsten. vbi. s. q̄ nō est op̄  
restitutōne ad purgationē delicti. sed sola  
pn̄ia sufficit sibi sicut in simonia mentali  
ex de simo. c. fi. fin Hof. et Kic. in. iiij. **S**z  
cōtrariū sentit Ho. et Kodo. p. c. p̄suluit.  
et eo. et Luce. vi. **O**utū date: nihil inde  
sperantes. ideo fin eos tenet ad restitutio-  
nem in foro pn̄ie de omni eo qđ accepit ul-  
tra sortē quachq̄ intentionē debitor ei de-  
derit: siue ppter dilatiōz exortā ppter mu-  
tuū ei datū vel ppter illud recipiendū ad p-  
lixorē terminū. **Q**uando tñ creditor dat  
creditori ppter solā dilectionē nō p̄t repe-  
tere nec retentionē sibi cōsulere si forte pe-  
nes se habeat aliquid de bonis creditoris  
**L**ocor. monal. in sum. **H**oc etiā tenet Pe-  
trus de anca. in. c. usurarum voragine. de  
usuris. li. vi. et dñs Lau. de rodul. in suo  
tractatu de usuris. **E**t hoc dicit tuti⁹ imo  
verissimū fin Anno. et Hosti. q̄ semp te-  
netur exq̄ illa intentione principaliter du-  
ctus est. et etiā placuit Kay. in sum. hui⁹  
ti. x. sed nunqđ. & Irchi. in. c. i. xij. q. iij.  
et hoc q̄ ad iudiciū aīe. **E**t ita etiā confir-  
mat Jo. an. in. c. cōsuluit. de usuris. **S**ed  
ip̄e Jo. an. in mercu. sup̄ regula. peccatu⁹  
nō remittit. refert q̄ quidā theolog⁹ hanc  
questionē disputans distinguebat quādo  
corrupta intentionē mutuantis innotuit de-  
bitori. q̄ videt tunc quoddā pactū impli-  
citū qđ habet vim expliciti. **E**st enī fin eñ  
duplex usurā!

**D**na mentalis nō obligans ad restitu-

tionē ex eo q̄ sit sine omni exactiōe vel pa-  
cto implicito vel explicito. Allia vero ē ob-  
ligans ad restitutionē ex eo q̄ sit cū era-  
ctione ex pacto implicito vel explicito. Si  
ergo fiat cū implicito est usura mentalis:  
si cū explicito est vocalis. Ex quo insertur  
q̄ in casu in quo nō innocuit debitori cor-  
rupta intentionē mutuantis dato q̄ ea inten-  
tione principaliter ducit si nō obligatur  
ad restitutionē sūmū dictū theo. qui adduce-  
bat tales rōnes. Primo qz cū formale sit  
exactio in usura ex pacto obligante vel ali-  
quid aliud equipollēs. ergo sequit̄ q̄ vbi  
nō est talis exactio nec aliud equipollens  
ibi nō est usura ad restitutionē obligans:  
quās bene sit usura mentalis ad peniten-  
tiā peccati obligās. Et hoc cōfirmatur  
qz aliter dicendo nō saluaretur descriptio  
usure qua dicit̄ q̄ usura est lucrū ex mutuo  
pacto debitiū vel exactiū. Secundo qz sicut  
in furto dicimus q̄ si aliquis gratis et li-  
beraliter in domo recipit recipit qd̄ fur-  
ti intendebat quās sit fur mente nō tamē  
opere: ita q̄ ad restitutionē teneat. sic ⁊ in  
xposito usurariū censem fur cōventiona-  
lis. Si ergo intendit furari usurā accipi-  
do: et tñ nō puenit ad opus pactionis vel  
exactiōis s̄ liberaliter accipit d̄r̄ usura mē-  
talīs nō obligans ad restitutionē. Tercio  
facit. c. fi. de symo. vbi dicit̄. Simoniacus  
mentalīs qui habuit animū p̄ncipaliter  
ad aliqd̄ accipiendum nō teneat ad restitu-  
tionē ei⁹ qd̄ gratis accepit. sed sufficit so-  
la p̄nia de peccato. Sed Jo. an. r̄ndet ad  
primū distinguendo de primaria vel secū-  
daria intentionē mutuantis. s. vt prima-  
ria equipolleat pacto: nā est pactū impli-  
citum. Lu. vi. Tūtuū date q̄c. nō secun-  
daria. Ad secundā r̄ndet Jo. an. q̄ inter  
casum illū furti et casum nostrū est maxi-  
ma dissimilitudo. qm̄ licet donatarius in  
casu furti haberet intentionē corruptam  
ad furandū: nō tñ donatio causat ab eius  
furto: nec est annexa illi intentioni corru-  
ptae eius cōtrariū est in mutuo. qd̄ cñ ex bo-  
no charitatis deberet fieri gratis siebat  
principaliter spe lucri cuius spei viciose  
sequit̄ effectus cōsequendo lucrū. Ad ter-  
cium r̄ndet dñs Alnto. de bu. q̄ rō diuersi-  
tatis quare usurariū mentalis obligat̄

ad restitutionē in foro p̄niali: et simonia-  
cus mentalis est finē doc. qz usura utroq̄  
testamento est prohibita: nec dispensationē  
pape recipit de usuris. c. sup eo. Simonia-  
verō est prohibita a iure positivo et in eo est  
simoniacū. qz prohibitiū sicut est acquirere  
beneficiū simoniace vbi papa p̄ dispensa-  
re. Unde dicunt doc. q̄ in prohibitis quia  
simoniaca. Idem dicendum quod in usu-  
ramenli scilicet ut simoniacus mentalis  
teneatur ad restitutionem quia prohibita.  
Adeo dicit Hof. in sum. e. ti. in p̄n. q̄ que  
dam illicite tenent̄ sūmū ius diuinū ⁊ huma-  
nū ⁊ i his si nō p̄stat obligat̄ ad restitutōz  
in foro p̄niali. Si vero p̄stat obligat̄ in fo-  
ro ecclesiastico. Et sic loquit̄ de detinenti-  
bus usuraz. qz ibi tenetur alienum qd̄ est  
omni iure prohibitiū.

Quedā sunt que tenent̄ iuste sūmū ius di-  
uinū et iniuste sūmū ius humanū. et tunc cō-  
siderandus est modus prohibendi iuris qz  
si ius prohibeat mentē cōstituto de mente il-  
la puniē sicut est in simonia prohibita a iu-  
re positivo. qz actualis venditio est prohibi-  
ta nō solum mentalis: qz hoc agere est ve-  
titū licet restituere nō p̄pella obligatur  
ad satisfactionē peccati. Et hoc est quod  
vult dicere tex. in. d. c. fi. Et si dicat ulteri-  
ius quare usura plus prohibet iure diuino  
q̄ simonia in beneficio. dicendū qz in usu-  
ra alienū rapit in simonia alienū emitur.  
Et p̄ hoc p̄t̄ quare magis emēs punitur  
in usura q̄ in simonia: qz usura prohibito  
habuit ortū a iure diuino simonie aut a iu-  
re humano. Vide alias rōnes aliorū doc.  
ibi per dñm An. Otonal. dicit qz in simo-  
nia est turpitudo ex pte dantis et accipien-  
tis. Sed in usura non est turpitudo ex pte  
dantis usuras. et ideo et iure diuino et na-  
turali equitate facienda est ei restitutio.  
Nec posset in hoc casu papa dispēsare: s̄  
ex solo iure hūano pecunias simoniace acce-  
ptā p̄av̄ recepta restituenda est nō illi q̄ dedit  
turpiter s̄ ecclesie. vnde nec belise⁹ p̄cepit  
Siezi restituere qd̄ accepit a naaman: et  
papa qd̄ vult p̄t̄ in hoc cān statuere. Pos-  
set etiā dispensare q̄ nō solū in mentali si-  
monia: sed etiā in illa que pacto esset ex-  
pressa q̄ retineri posset: qd̄ esset simonia-  
ce acceptum.

Quero an mutuās secundario sub spe  
aliquid babendi peccet et an teneat ad re  
stitutionē: dicit q̄ nō. ar. lxi. di. quid p̄de  
rit. lviij. di. si officia. i. q. i. qua ppter. uno  
naturaliter est obligatus ad antidota. vt  
in. c. cū in officijs. de test. et hoc tenet glo.  
in. c. cōsuluit. de usuris. Hof. et Hosti. in  
sum. huius ti. post p̄n. de quo p̄ Jo. an. in  
c. cōsuluit. Et in mercu. sup secunda regula  
et Otonal. in sum.

xxi

Hoc creditor cui ex charitate mutuā,  
ti debitor aliquid ultra sortē cōtulit non  
voluntarie sed coacte. puta dubitās ne in  
discretus reputet in tm q̄ aliū vel hūc de  
cetero nō inueniat mutuantē vel alia sumi  
li causa teneat ad restitutiōz. R̄ndet dñs  
Lau. q̄ licet sit tuti restituere tñ puto q̄  
si recipit pure credēs donatū liberaliter  
et nō vt usurā vel vt coacte donatū nō te  
netur ad restitutiōnē: licet postea sciat nō  
liberaliter datū esse. Ex quo enī tpe dona  
tionis habuit horā fidē recipit licite: licet  
donās tali coactione ductus dederit et cre  
ditor non habuit intentionē tacitā vel ex  
pressam. Nam semp mibi placuit opinio  
glo. in. c. vigilanti. et c. fi. extra de p̄scrip. s  
q̄ mala fides supueniens p̄scriptioni cō  
plete non facit quem obnoxii restitutiōnē  
Q. d̄ enī dicit q̄ possessor male fidei nullo  
tempore nō p̄scribit. hoc verū est. dum est  
in cursu p̄scribendi. quia tunc requiriē bo  
na fides. secus quādo iā p̄scripsit. nā lex  
potest de meo iacere tuū iuxta notata per  
Inno. in. c. conquestus. et. glo. in. d. c. vigi  
lanti. quā opinionē circa p̄scriptionē seq̄  
tur Jo. Hoffer. Dincē. et Hosti. q̄ Hosti.  
dicit q̄ si tantū sua cōscientia remanet le  
sa debet satissacere cōscientie. licet sit po  
tius scrupulosa quam theologa. ex quo ti  
met vbi nō est timendū de simonia. c. et si  
quoties. de quo in sum. ei⁹. i. c. de p̄scrip.  
re⁹ immobi. q̄ que exigūt. Hunc passum  
plene examinat Jo. an. in mercur. posita  
sup regla. Possessor male fidei. in ultimo  
articulo. nisi talis credulitas esset crassa  
vel supina qđ bonus vir habet arbitrari.  
Contra tamē p̄dictam determinationem  
tenet magister Greg. de arimino. Item  
nota q̄ si creditor antequā debitor donas  
set sciuisse eius intentionē quia coacte de

disset non posset recipere sua conscientia;  
puta si sciret q̄ debitor donaret creditori  
timore ne repetat capitale de p̄nti nō sine  
magno forsan in cōmodo debitoris iuxta  
ea que notant. ff. 2 cōdi. indebi. l. si nō sor  
tem. q̄ si quis falso. in glo. et facit qđ no.  
in. c. debitore. ex de reg. in. r. Del si soluat  
ne reputet indiscretus: et alia vice nō repe  
riat mutuantē in suis necessitatib⁹. ar. eo.  
que notant. x. q. q̄. hoc ius. in glo. et Jo.  
an. sup regula. damnū. in. iij. ar. p̄me p̄tis.  
et in solutioe. q. i. iij membro. in. v. et dico  
cum Hof. Nō tñ debet creditor leviter iu  
dicare debitorē coacte donare ne in p̄nti  
em ruat. l. penk. in. p̄n. ad tercul. de ver. s̄v  
gni. l. iij. in. fi. Nec debem⁹ eū iudicare cō  
pulsum tanq̄ nolentē reputari indiscretū  
Otonal. dicit q̄ si debitor creditorē volē  
tem recipere pecunia suā p̄uenit munerib⁹  
gratis rogans ut det dilationē ppter dile  
ctionē vel ppter deū et creditorē recipiēs  
munera gratis respectu pteriti t̄pis non  
futuri q̄uis postea det indigēti beniuolā  
dilationē quā alias nō daret vt si vidis  
set eū in gratū dat: dico p̄ncipaliter ppter  
amicitiā vel ppter deū. Secundario vero  
pter gratitudinē debitoris. et hoc facit  
rōne pteriti t̄pis nō futuri: nō est usurā. dū  
modo gratis recipiatur et offeratur scdm  
quosdam.

xxij

Q. uid si nō sit corrupta intentio credi  
toris debitor tñ ppter mutuū acceptū vel  
ulterius retinendū dat ei aliquid nunqđ  
creditor tenet restituere illud. R̄ndet  
Asten. vbi. s. nō tenet de bona fide cōsum  
ptis: nec etiā de extantib⁹ q̄zdu p̄babilis  
ter creditit q̄ ex dilectōe sola ei dederit.  
Si autē credit vel p̄babiliter dubitet q̄  
pter illā causam ei seruierit restituere te  
netur. Quādo autē debitor nō gratis dat  
vel gratis creditor non mutuat debitor si  
alias habeat de bonis creditoris et pre  
tentionē sibi consulat de usurā quā dedit  
nō est cogēdus ad restitutiōnē in foro pe  
nitentiali. Lōcor. monal. in sum.

xxij

Q. uid de illis qui adueniēte solutōnis  
tpe siue termino nolūt dare dilationē de  
bitori qui iuramento astrictus est soluere  
nisi data ei pecunia vel alio equipollenti.  
R̄ndet Asten. vbi. s. q̄ tenent ad restitu

l

tionem extra eō c. consuluit. sūm Ray. Si tñ debitor creditorem volentē recipere vel erigere pecuniā suā prueniat muneribus gratis rogās eum ut dilationē ppter amicitiam vel ppter deū et gratis recipiat creditor illa munera rōne pteriti tpi s nō futuri. licet postea det indigenti ut beniuolo et dilecto: q al's nō daret si eū ingratū videret. Det dico pncipaliter ppter amicitiam vel ppter deū: secundario vero ppter gratitudinē debitoris. et hoc facit rōne pteriti tpi s nō futuri nō est usura. Nū ille nō tenet ad restitutionē eoꝝ que sic accipit sūm quosdā. vide. s. usura. i. g. xxij.

Quonquid clerici usuras quas trij habet v̄l habuerūt de rebus ecclesie restituere pnt. Rndet Alsten. in sum. vbi. s. q nō. qz res ille sunt pauperū nisi quatenus de pecunia usuraria: vel qualibet alia sua expendisset in utilitatē ecclesie. h̄ restituere debet de rebus suis patrimonialibus. Rodo. vero credit q si hec nō pnt de bonis suis facere de fructibus ecclesie quos percipiunt lícite pnt se liberare. xvi

Quid de hoc casu quidā p̄suluit alicui q feneraret et dedit alicui pecuniā gratis ut feneraret: nunq̄d isti tenet in solidum ad restitutionē. Rndet Allex. de alexan. in suo tractatu p̄t dici sūm quosdā q qui inducit alijs ad fenerandū q al's nō essent feneraturi tenet in solidū. Si autem al's essent feneraturi nō tenet nisi inquantū adeos puenit. Alij aut dicūt rōnabiliter moti: q in neutrō casu tenet: nisi inq̄tū ad eos puenit: nec in alijs duobus casib⁹. scz cū quis cōtrahit societatē cum aliquo ad fenus exercendū: vel cū quis dat pecuniā usurario ad pncipationē lucri. Oportentur autē isti ad hoc dicendū ppter differentiā que ē inter rapinā et furū ex una pte et usuras ex alia: penes voluntariū et nō voluntariū. ex qua differētia oritur q in his casibus melior est cōditio usurarij q latronis furi vel raptoris. Nā in rapina et furto tenet restituere qui prestat auctoritatē etiā si nihil ad eū puenit. Et hoc qz furū et rapina est cōtra voluntatē dñi nō sic aut est in usura vbi est voluntatiū mītū. Nū in rapina et furto iura dāt actionē spoliatis ptra illos quorū ope vel

cōsilio vel ministerio furtū et rapine suūt licet ad eos nihil puenit: nō autē sic est in usura. qz nō dāt actio ptra tales inductores: cū ad eos nihil puenit. xxvi

Utrū vxor teneat ad restitutionē pviro defuncto q fuit usurarius. Rndet idem Allex. q mulier teneat ad restitutionē p viro defuncto inq̄tū ad eā puenit de bonis eiusdē vel inq̄tuꝝ usura est de bonis eiusdē. q si nihil ad eā de talib⁹ bonis derouluit: vel si in domo mariti habet fruct⁹ sufficiētes p suis necessitatibus et p oībus q expedīt: tūc in nullo tenet. xxvii

Utrum viro vivēte ipo igno:ā te vxor possit restituere. Rndet idē Allex. q vxor cū nō sit dñā rerū nō dī se intromittere de resti. ignorāte viro v̄l p̄ tradicēte. Dixerūt quidā q licet vxor nō sit dñā rerū: tūc qz est data in adiutoriū viro cui salutē pcurare tenet. et ideo sicut de bonis p̄p̄j s̄ viri tāq̄ de bonis p̄p̄j p̄t facere elemosynas ignorāte viro et nō p̄hibēte. qz sicut agit causaz viri eodē nō p̄t facere restitutionē: et si sciente et nō p̄ tradicēte hoc faciat securius est. Secus aut est si sciāt et cōtradicat: tūc enī mulier teneat obedire in qmītendo tale bonū ad qd nō tenet de necessitate. Cōcor. Alsten. in sum. li. iij. ti. iiiij. Et sūm enī mulier nō tenet restituere p̄ furtovi ri nisi q̄tū ad eā puenit de bonis eius vel inquantū bonis eius usū fuit. Si vero ad eā nihil de talib⁹ bonis puenit vel etiā in domo eius de dote sua vel etiā aliūde expensas sufficiēter habuit i nullo tenet: qz nihil inde habuit qd nō recōpensauerit.

Utrū vxor et familia teneant xxviii tur ad restitutionē eoꝝ que cedūt in usum vite eoꝝ. Rndet idē Allex. q p̄cipi aliqd de bonis usurarij v̄l raptoris ē duob⁹ modis. Aut enī p̄cipit ignorāter aut sciēter. Si ignorāter excusat. Si sciēter excusari p̄t ppter recōpensationē vt dictū est. Excusari etiā p̄t p̄ necessitate corporali qn̄ scz aliud remedū cōmode inueniri nō p̄t sicut accidit paupib⁹ mēdicantib⁹. Per hoc excusari pnt filij et filie i domo parentū q necessitate cogēte aliter vivere nō pnt et eodē mō vxor. Aliqñ fit excusatio ppter recompensationē fiendā vt si q̄s accipit necessitate cogente sperās se recōpensaturū in

futurū. Et hoc excusari p̄t uxor et familia  
dū. s. p̄ponūt se recōpensacuros. qz sperāt  
habere facultates ad hoc; et hic eit vñ mo  
dus dicendi. Cōsuevit tñ dici cōiter qz il  
uxor et familia nō sperāt de correctōe vñ  
ratiq; et videat eū nō soluēdo si sunt ibi a  
liqua bona de iusto. i. iuste acq̄sita: de illis  
si separata sunt det et expēdere. Et ide est  
si sunt ibi aliqua de iusto: sed ita mixta qz  
discerni nō p̄nt. Et hoc intelligēdo qñ vir  
est in soluēdo. Si aut̄ nibil est ibi de iusto  
vel vir nō est in soluēdo. qz oīa bona illi  
nō sufficiunt ad restitutionē vel satisfactio  
nē: tunc nibil accipiāt de bonis illius: sed  
magis querant sibi viciū aliunde. Addit  
Asteñ. in sum. li. iij. ti. iiij. qz uxori usurarij  
cuius dos est de vñura qz vir nibil h̄z qz de  
vñura: succurrīt ut viuere possit de his que  
sunt in domo viri: si ip̄a laborat in domo  
sive vendendo sive ruendo: sive etiā bona  
ne pereat custodiēdo. qz in hoc agit credi  
torū vtilitatem. Si vero vir habeat plura  
incerta tūc auctoritate ep̄i qz debet paupe  
ribus puidere licite p̄t de eis viuere. ar.  
di. lxxij. g. generaliter. et. c. eps. cauere tñ  
aliter tenetur.

xxix

Quid de recipientibus ab eis munera  
elemosynas qz oblatōes. R̄ndet idē Alex.  
qz recipientes elemosynas ab usurarijs:  
aut sciunt qz sunt usurarij aut nō. Si non  
sciunt nō peccāt recipiēdo nec tenent ad  
restitutionē. Si vero hoc sciūt et faciūt ne  
cessitate compellente nō peccant: necessi  
tate vero cessante peccat quis accipiendo  
ab usurarijs notorij propter scandalū.  
Et qz ip̄o iure sunt ercomunicati: ideo ac  
cepit̄ est restituendū. Si vero usurarij nō  
sunt notarij p̄t aliquid accipi ab eis: si cre  
datur qz aliquid h̄nt preter vñuras. Secus  
est si nibil h̄nt. tūc enī acceptū debet resti  
tui. Sed cui restituet clericus oblatōz quā  
a tali recepit. R̄ndet bos. in sum. ti. de vñ  
ris. g. qua pena. x. sed cui. fm. Allianū. qz  
ep̄o loci. Sed fm. Guil. restituat ei qz obtu  
lit in obprobriū sui. ar. de homi. sicut di  
gnū. g. eos. de vñris. c. cū tu. g. sup. bis.

Quid de uxore usurarij qui  
quicqd h̄z est de vñura. et hoc dictate ei cō  
scientia. vide. s. pp̄lexitas. g. i. et. g. xv.

Quid de tutoze et curatore

xxxii

qui dāt pecuniā pupilli vel adul ti ad vñ  
iā. R̄ndet mo. in sum. qz tenent ad restitu  
tionē p̄ eo qz prestāt auctoritatē talib⁹ cō  
tractibus. et illi quoz tutelā vel curā ge  
runt p̄ se nō essent talia facturi.

xxxij

Quid de seruiētib⁹ et mercēnarijs vñ  
rarioz: et de emētib⁹ qz vendentib⁹ ab eis  
R̄ndet idē Alex. vbi. s. qz qs p̄t fieri p̄  
ceps vñrarij recipiēdo aliqd ab eo p̄p. ex  
aliquā recompensationē factā vel fiendā.  
Et ideo seruiētes vñrarijs et mercēnarij  
p̄nt recipiē mercedē suā si seruiāt eis in li  
citis qz honestis. nec tenent ad resti. et hoc  
qz vtilitas quā cōsequunt̄ ip̄i vñrarij ex  
ope h̄mōi servientiū cōpensat cū mercede  
quā dāt seruiētib⁹ illis. et maxime qz p̄p  
mercedē datā nō p̄nt dici pauperiores cū  
loco mercedis habeant cōmodū operarū.  
Sec⁹ aut̄ si seruirēt in illicitis et honestis  
tūc enī nō p̄nt recipiē mercedē. Idē indi  
candū est de cultorib⁹ p̄dior vñrarioz qz  
alij s. mercēnarijs eorundē. Cōcor. Et itē.  
in sum. li. iij. ti. xi. et. O. in sum. Propter  
eandē recōpensationē excusat creditor v̄  
emotor vel venditor qz recipit ab vñrario  
qz sibi debet. qz et hoc nō fit vñrarij pa  
uperior: dñ. s. dando preciū recipit rem. Ec  
i. ieo cōsuevit dici qz illis quibus debet a  
liquid ex cōtractu vel qz ex maleficio vel  
quasi p̄nt recipi qz sibi debet ex h̄mōi re  
bus. dñ tñ rē furtinā vel raptā v̄l vñrariā  
in suā speciē nō recipiāt. Hoc aut̄ verū est  
maxime si dñnum rei in vñura nō transfe  
rat. fm. etiā illios qui dīcūt p̄trarij: cedē  
dum est qz nō dī recipi in solutionē res v̄  
suraria in specie. qz p̄tēa debitor qz dedic  
educere a creditore si extat.

xxxij

Vñrū fautores vel retinētes vñrarioz  
in terra sua teneant ad resti. R̄ndet idē  
Alex qz tales nibil tenent restituere si ni  
bil ad eos puenit de boni vñrarij. licet a  
liter peccāt cōtra deū dando fauore talib⁹  
nec est simile de auctorib⁹ mali qz sunt cā  
qz se mali eiusdē. Et de istis qz sunt magis  
cā p̄ accidēs mali. pura qz tale malū coser  
uetur in p̄ma vel libere fiat.

xxxij

Quid de illo qui mutuauit noīe alieno  
ad vñrā v̄p̄ teneat restituere. R̄ndet idē  
Alex. qz sicut p̄hibet qs accipere vñras  
noīe suo ita noīe alieno. Dñ. xlvi. dist. sic  
l. ij

dicitur, et est verbū Leonis pape. Sicut  
nō suo ita ne calieno noīe quis' clericop̄ ex  
ercere fenus attemptet. Indecens enī est  
crimen suū cōmodis impendere alienis.  
Et qz nullus d̄z exercere vsuras noīe alie  
no. ideo si tutor v̄l curator exerceret tales  
vsuras noīe alieno tenet ad restitutionē.  
et specialiter si ille cui⁹ noīe hoc sit nō est  
soluēdo. qz agētes ⁊ p̄sentētes pari⁹ pena  
punimēt. Quidā tñ dicit qz etiā ille cui⁹  
noīe sit est soluēdo qz tutor tenet. Neq; est  
qz si ille cuius noīe sunt accepte vsure sol  
uerit liberaē qz accepit. Sed primū dictu⁹  
est rōnabilis: lic⁹ aut si dicat de tutoře ⁊  
curatore qz tenent. qz p̄stant auctoritatez  
calibus ⁊ tractibus ⁊ illi⁹ quoz curā gerūt  
als nō essent hoc facturi. tñ hoc dici nō p̄t  
de illis qz gerūt ministeriū nūdū sicut sunt  
seruētes vsurarijs qui numerāt pecuniā  
p dñis suis ad vsurā: et eā recipiūt ad op⁹  
et vsum eoz. Tales enī non videnē teneri  
cū tñdem vsurarij. als qz seipos v̄l alios mi  
nistros essent hoc facturi. vide. j.

Quid de tutoře et curatore. vide. j. g.  
proximo.

Quid de illo qui gerit negociu⁹ alienū  
et sine mādato eius fenerat ad op⁹ illius  
eius negociu⁹ gerit an teneat ad restitu  
tionē. Rñdet idē Alex. qz sic. qz talis fuit  
actor et minister cōtractus vsurarij Con  
cor. Astēn. in sum. in li. iij. ti. xl.

Quid de illo qui bona intentōne roget  
vsurarij ad instantiā pauperis ut illi mu  
tetur v̄rū peccet. Rñdet Ric. in. iij. di. xv  
ar. v. q. v. qz nō. qz q̄uis sciat qz vsurari⁹  
accipiat vsurā: hoc tñ nō intendit iste. qz  
potius vellet qz mutuaret sine vsura.

Quid de ciuitatib⁹ vel col  
legijs dāntib⁹ pecuniā ad vsuras: nunqđ  
oēs et singuli sunt vsurarij ⁊ tenent ad re  
stitutōz. Rñdet Astē. li. iij. ti. xl. fm Ray.  
qz sic. s. oēs illi quoz auēte et cōsensu fit.  
argumēto. ex de v̄l. c. p̄quest⁹. viij. q. i. si  
cut vir. xxiiij. q. iij. si beres. Et fm Hosti.  
etiā oēs illi quib⁹ placet in mente: et ratū  
babēt et cōsentīt: ⁊ phibere p̄nt et nō fa  
ciunt. ex de sen. excō. c. quāte. Nec Hosti.  
in sum. de peni. g. fi. x. quid de ciuib⁹. Cō  
cor. Mo. de lig. p. l. municipes. de cōdi. et  
demō. Secus in phibere nō valentibus p

nota. in. c. sup̄ eo. de rap. nīsi et ip̄i p̄cipia  
rent comodū. Idē Archi. xlj. di. c. q. Et  
Jo. an. in. c. cōquestus. de vsuris.

Sed nunqđ singuli de colle  
gio vel ciuitate tenent restituere in solidū  
qđ habuit collegiū ex vsuris. Rñdet idē  
vbi. s. fm Rodo. licet illi quoz auctorita  
te et cōsensu talia sūt sint vsurarij. vt di  
cit Ray. nō tñ tenent ad restituionē nisi  
q̄tum ad eos p̄uenit de vsura. vel q̄tū re  
levati sunt ab expēsis q̄s de suo fecissent  
in sustinendis onerib⁹ cōitatis: nīsi forte  
p̄stiterint auctoritatē cōpellendo: aut p̄ci  
piendo cōitati taliter fenerari qz aliter hec  
factura nō esset: in quo casu in solidū tenē  
tur. Cōcor. mo. in sum.

Quid de regibus et alijs dñis qui co  
gunt debitoře dare vsuras. Rñdet idem  
vbi. s. qz tenent ad restituionē. etiā si ni  
bil ad eos p̄uenit. Scdm vero Alex. de  
alexan. dicit qui vsurarijs fāuet: vel eos  
in terris suis retinēt nībil restituere tenē  
tur si nībil ad eos de bonis eorū p̄uenit  
licet als peccēt. vt. s. g. xxxij.

Sura undecima. s. qñ debet fieri  
restitutio. Quero quādo debz fie  
ri restitutio vsuraz. Rñdet Alex.  
de alexan. in suo tractatu de vsuris. qz sta  
tim. qz nō remittēt peccatū r̄c. Tenet aut  
homo esse in tali statu vt remittat sibi pec  
catū. Preterea illa et eadē iniuria qz reci  
pit q̄s alienū vel illud retinet. sed ad semp  
tenet alienū nō recipere: ergo ad semp tenet  
illud nō retinere. Preterea lic⁹ p̄cepta af  
firmatiua nō obligant ad semp: tñ ad hoc  
obligat p̄cepta negatiua: licet aut p̄ceptū  
de restitutōe facienda fm formā videatur  
affirmatiū. tñ fm veritatē implicat nega  
tiū p̄ceptū quo phibetur aliquis detine  
re alienum. Detinere enim alienū pecca  
tum est. Et ideo sicut quis semp tenet de  
serere peccatū: ita tenetur semper reddere  
alienum. In aliquib⁹ tamē casib⁹ nō te  
netur quis statim restituere. Primus qñ  
restituendū esset cōtra bonum p̄imi. Et  
ideo nō tenetur quis gladiū restituere fu  
tioso. Debet tamē habens gladiū habere  
animū vt sit paratus ad restituendū. De  
hoc vide in pisana periuriū. Alius casus

est si hoc fiat de voluntate illius cui debet fieri restitutio. Tali enim consentiente non reneat statim restituere, quod pinde est ac si accmodaret. Hoc autem intelligendū si liberet si ne timore presentit. Alius casus est quoniam debes restituere expectat oportunitatem restituendi: cum maiori pace et honestate quam si statim restituieret: licet de se sit statim paratus restituere. puta si ille cui fienda est restitutio ignorat debitum et non sine scandalo: aut aliqua de honestate possit fieri talis restitutio. Alius casus est si possilitas non adesse: tunc enim non tenet. iij. q. vi. et est verbum Augustini ad Iacob. Si res aliena propter quam peccatum est posset reddi: et non reddit punita non agit sed simulat. Bene autem dicit possit reddi. quod si non potest non tenet. ex de usuris. c. c. tu manifestos. ubi dicitur. quod usurarii sunt cogendi ad restituendum: dum habeant in facultatibus unde possint restituere. Bene autem dicit in facultatibus ut ibide dicit glo. quod licet usurarii amiserit usuras nihilominus non tenet propter moram. Si autem nihil habet liberatur. Si autem habet semper est in mora: et maxime in furto ubi tenet res aliena inuito domino et detinendo semper auger peccatum. Ideo dicit Augustinus. ad Iacob. Non lentes reddere quod nouimus male abstulisse et unde reddas habere cognouimus increpamus obsecremus et detestemus: ut quosdam clam quosdam palam sicut diversitas personarum diversam videant posse accipere medicinam. quod statim etiam quod tenet restituere satis habetur. ex de simo. matheus. ubi dicitur cuidam. Multum tibi consulis si administratione celeriter ac sponte dimittas. glo. celeriter. i. incotinenti. quod quanto amplius correctat rectanto grauius peccat: sicut furquam semper est in mora. Unde ex de simo. c. in ecclesie corpora: dicitur quod tanto graviora sunt crimina. quanto diuitius infelice animam detinet alligatum in oibus supradictis. Concor. Asten. in sum. li. iij. ti. xl.

Quero pone quod aliquis non potest restituere sine grandi dispendio honorum suorum: forte quod non inuenit qui velit bona sua emere vel quod ille cui restitutio fides est nimis distat et non potest ire ad eum sine grandi dano: nec huius qui velit pecuniam ad eum deferre. Respondeat idem Alex. in primo casu dicitur potest tali quod per-

81  
tat licentia deferendi: et obtineat quod satis faciat illi cui debet ratione interesse et damnum quod incurrit potest ex dilatione data: aut tamen donet ei ex reb. suis quamcumque res vel pecuniam ablata valet. In secundo autem casu quoniam ille cui facienda est restitutio est absens dici potest quod si modicum est illud quod restituti debet nec mitti potest illud modicum sine magno damno illius qui debet restituere et modico emolumento alterius: potest restituens sibi formare conscientiam quod non placet illi cui tenet quod sustineret magnum dispendium ubi ipse haberet modicum emolumentum. Et ideo expectare potest donec inueniat nuncum quod deferat restitutio: vel quod ille veniat ad pretium propinquum. Interim autem potest deponi depositum illud quod de restituti apud locum religiosum: si tamen oporteat raptorum vel furorum pati aliquis expensis: non propter hoc de differre restitutio. Unde ex de rapto. c. i. dicitur de illis qui de loco ad locum evanescunt rapinas faciunt quod excoicandi sunt a platis illius loci ubi rapinam fecerunt et significanda est eorum excoicatio epo proprio qui ipsis non recipiat antequam illic redeat ubi rapinam fecerunt: et omnia plene emendent. Concor. Asten. in sum. ubi. s.

Quero pone quod ille qui debet restituere est multum indiges et quasi in extrema necessitate. Respondeat idem Alex. quia aut ille cui tenet restituere equaliter indiget sicut et ille qui debet restituere: aut non multum indiget. In primo casu videtur quod statim debet restituere quia nullus debet facere perfectum suum de re aliena cum damno illius cuius est ipso inuito. In secundo autem casu si ille qui debet restituere tamen indiget quod si sciret ille qui debet recipere indigentiam eius et necessitatē non deberet finis ratione rectam et charitatem fraternalē sibi claudere viscera pietatis: sed eadem charitate sibi subvenire vel remittere in toto vel in parte. Et in tali casu potest differri restitutio ita tamen quod paratur sit et promptus restituere quando mutabitur eius conditio. Nec autem dilatio fiat de consensu iudicis ecclesiastici. Si autem ille qui restituere debet non tamen indiget quod si ille qui debet recipere sciret indigentiam et necessitatē eius non teneretur ex fraternalē dilectione dare sibi dilationē pro toto vel

pro parte tenetur statim restituere. **L**on-  
cor. **A**lsten. vbi. s. **R**ic. vero in. iij. dis. xv.  
ar. vlti. q. v. dicit. qz si ille qui damnū incu-  
lit habet aliqd vltra necessitatē sustenta-  
tionis nature; qz quis sit sibi necessariū ad  
victū fīm decentiā sue psonae restituere ter-  
netur. **N**ō enī licitum est de alieno viuere  
ch seculari honore. **S**i autē nō habet nisi  
necessaria ad sustentationē nature. tūc di-  
stinguendū est. qz aut ille qui damnū pas-  
sus est nō indiget ad sustentationē nature  
eo qz est ablatū. et tunc ille q abstulit resti-  
tuere nō tenet. qz ex iure nature licitus est  
vniciqz usus possessiois necessarie ad su-  
stentationē nature. **E**xtrēma enī necessi-  
tas oīa facit cōia. ff. ad. l. rodiā de iactu.  
li. iij. in tex. et glo. **A**lut indiget ad susten-  
tationē nature eo q ablatū est. **E**t tunc sub-  
distinguo. qz p̄t prius indiget illa re ad su-  
stentatioz sue nature qz fuit necessaria ad  
sustentationē nature illius qui abstulit.  
**A**lut eodē tpe vterqz factus est indigens  
illa re ad sustentationē sue nature: aut ille  
q abstulit prius factus est indigēs illa re  
ad sustentationem nature sue qz ille a quo  
ablata est. **P**rimo et secundo p̄t dici sine  
p̄dicio qz ille q abstulit rē illā tenet re-  
stituere illi a quo abstulit. qz nunqz facta  
fuit res illius qz eā abstulit: s̄z semp remā-  
sit isti de iure. postqz enī sum in statu in  
quo res mea est mībi necessaria ad sus-  
tentationē nature nō p̄t fieri alterius me cō-  
tradicente. **S**i tertio mō tunc ille q abstu-  
lit non tenet restituere. qz ab illo tpe quo  
facta est necessaria ad sustentationē natu-  
re cū tunc illi a q ablata est nō esset neces-  
saria acquisitū fuit ius in illa re illi q ab-  
stulit. et ideo qz quis damnū passus postea  
venit ad statū in quos res q fuit sibi abla-  
ta esset sibi necessaria ad sustentationē na-  
ture: nō ppter hoc bz minus ius in illa re  
qz ille q abstulit: nisi ille qui eam abstulit  
deuenisset in statū in quo ampliō non esset  
sibi necessaria ad sustentationē nature.

**D**trū sufficiat usurario qui  
debet restituere in piculo mortis existenti  
cōdere testamentū sup restitū male abla-  
torū. **R**endet idē Alex. q nō. cui rō est. qz  
testamentū est voluntatis nēe iuxta si iam  
de eo qd post mortē suam fieri voluit. **T**e-

stans enī vult hoc fieri post mortē vbi nō  
est locus p̄nīe sine qua nō absoluīt usura-  
rius: et oportz q in vita velit hoc restitu-  
re: s̄z non remittē peccati. **P**reterea iusti-  
cia dei req̄rit vt ille satissimaciat q peccauit  
et ideo sicut usurariō peccauit ita ip̄e idez  
tenet satissimacere. **N**ō ait hoc facit s̄z relin-  
quit in testamēto q galū fiat. **S**i ḡ vult  
satissimacere ita q ei remittat peccati: si bz  
pecuniā vñ possit restitutio fieri p̄i expo-  
nat eā p̄ fidelē nūcū suū restitutōni anq̄  
moriat: et faciat p̄clama ri q oēs veniāt  
recepturi plenā satissimacē a quib⁹ habi-  
ta est usura. **S**erueā aūt in absolutōne ta-  
lium qd dicit ex de usuris. c. quanqz. vbi  
dicit q usurarijs sepultura denegat dor-  
nec plene satissimacē fuerit illis quib⁹ faciē-  
da est satissimacē: si p̄sto sint ipsi aut alij q  
p̄nt acquirere vel eis absentib⁹ loci ordi-  
nario aut ei vīcē gerenti: siue rectori par-  
rochie in q testator habitat. ex de usuris.  
c. qz. li. vi. **L**ōcor. **A**lsten. i sum. li. iij. ti. xi.  
**Q**uero q sit forma testamēti usurarij. vi.  
de Alsten. vbi. s.

**Q**uid si is qui usuras exercuit vel extor-  
sit ad inopiā deuenerit. **R**endet Alsten. in  
sum. li. iij. ti. iij. q licet usurariō intelligat  
sp̄ esse in mora. vi. **L**. de furij. l. subtracte.  
tñ si paup̄ras eū excusat: et bonis cedat est  
excusat: et absoluēdus. tñ tenet satissimacē  
re si ad p̄nguiorē furtūnā deuenerit. i. ha-  
bita rōne ne egeat sup quo p̄stabat idoneā  
cautionē. ex e. c. cum tu. h. penk. et de solu-  
c. iordanus. **E**t p̄t cedere ante litē in p̄sen-  
tia: vel etiā in absentia p̄ nūcū vel epis-  
tolā. ff. de cessi. bo. l. penk. et si. et hoc verū  
est in iudicio cōtentioso. vi

**S**ed nunqz idē est in foro penitentiali.  
**B**of. dicit q nō. imo dices ei q totū resti-  
tuat. qz nō remittē peccatuū nisi restituat  
ablatū. ex eo. c. cū tu. xiiij. q. vi. si res. Ab-  
latum dico siue q furtū siue q rapinā siue  
q usurā. xiiij. q. v. si quid inuenisti. **E**t hoc  
videtur velle Ber. in. c. cū tu. in glo. **S**ed  
in p̄trarium arguens Hosti. dicit q amic-  
tit p̄nilegiū ex iusta causa sibi datū. **N**ā  
si tempore famis licet alienū siue peccato  
accipere multo fortius retinere. hec Ho.  
**A**liqui autē volūt q si nō p̄t talis satissi-  
mace petere tenet dilatationē vel remissionē

sibi fieri cā elemosyne ab illis qbus tenet  
restituere. Et sicerit in statu salutē aliter  
nō. xiiij. q. vi. si res. Sed hoc minus durū  
videat. Non credo q ad salutē ei sufficiat  
q si ad pinguorē fortunā venerit restituē  
re firmiter in corde pponat. vij

Quid si quis det usurario modiū bladi  
di p usurā qui mō valet. x. solidos. et post  
annū idē modius valet. xx. solidos. nunqđ  
usurarius teneat restituere modiū bladi il  
li qui dedit in valorē in quo nunc est: vel  
in q fuit qn dedit. Re. Alste. in sum. li. iij. ti.  
iij. q hoc erit in optione recipiētis. qz cū  
usurarius usq modo nō restituit et mora  
reddendi pīudicare debeat sibi restitutio  
fm optionē recipiētis fieri debet.

i

Usura duodecimo. s. qz tū ad lo  
cum ubi debet fieri restitutio. Que  
ro ubi debeat fieri restitutio male  
ablatoz. Rñdet Ho. in ti. de peni. §. qb.  
x. sed q forma seruanda est. qz si sunt ma  
le ablata incerta dñc erogari in piās cau  
sas et maxime in alimoniā pauperū et re  
demptionē captiuoz. ar. de pig. c. i. x. q. q.  
hoc ins. Et p̄cipue in villa: vel si villa ne  
scitur in diocesi: ubi talia sunt pmissa. Lō  
cor. Monal. in sum. in tracta. resti. dicēs.  
qz qn ignorāter spoliati distribuant pau  
peribus vel in piās causas. Et hoc in vil  
la ubi facta est spoliatio si pmode fieri p̄t  
als si multū remota sit: vt ex alia cā  
sufficit qz hoc alibi fiat. Similiter si villa  
nescit saltē fiat in illa diocesi ubi rapina  
facta est. Lōcor. Alex. de alex. vt. s. usura.

i

Usura tertiodecimo. qz tum ad or  
dinem restituendi et modū. Otrū  
restitutio usurarū debeat fieri pu  
blice vel priuate. Rñdet Alex. de alexan.  
in suo tractatu de usuris. qz usurario noto  
rio de necessitate salutē opus est facere re  
stitutionē publice ppter infamia et scanda  
lū qd est inde. vt sicut peccauit in scan  
dalū p̄moz et malū exemplū ita satisfa  
ciat publice. als nō deberent sibi dari sa  
cramenta ecclesie et ecclesiastica sepultu  
ra. q

Otrū pri⁹ sit fienda restitutio male ab  
latoz qz solutio debitoz vel legatoz. Re

spondet idē Alex. q prius restituēda sunt  
male ablata qz soluēda legata: cui⁹ ratio  
est. qz donatio legatoz est ex devotōne le  
gatoris. et ideo superogationis fuit in eo  
reddere aut male ablata est fm necessita  
tem iusticie. prius autē illa sunt reddēda  
qz sunt fm necessitatē iusticie qz illa dan  
da que sunt superogationis. Lōcor. Alste.  
in sum. li. iij. ti. iiij.

Otrū prius restituenda sunt male ab  
lata qz debita soluēda. Rñdet idē Alex.  
qz male ablata: et est ratio. qz eoz solutio  
tollit iniuriā factā deo et primo et maxi  
me in furto et rapina. In solutōe autē de  
bitoz nō tollitur iniuria sed soluat iusti  
cia. Et ideo videat hoc prius faciendū illo  
Et si fiat p̄trariū in pluribus videtur hoc  
esse. qz debita sunt clara et manifesta. resti  
tuentes autē nō sic sed inquirende sunt. Cer  
teris autē paribus clarū p̄cedit incertū.  
Debtia sunt determinata. puta qz debeo  
tibi. x. Nō sic autē que debet restituī. Con  
cordat Alsten. in sum. vbi. s.

Otrū fienda est prius restitutio vni qz  
alteri. Rñdet idē Alex. qz sic in casu. puta  
qn restitutio vni⁹ est determinata et clara  
alterius autē nō. Et sic videat qz ceteris pa  
ribus prius sit facienda isti qz illi. Itē si  
restitutio amboz sit eque clara. tñ vñ⁹ est  
pauper et alter diues videat qz ceteris pa  
ribus qz prius possit fieri pauperi qz diui  
ti: tñ qz magis indiget. tñ qz cū maiori in  
iuria teneat res pauperis qz diuitis. Itē  
si vterqz est equalis p̄ditōnis in pauprata  
et in diuitijs: tñ vni facta est prius iniuria  
qz alteri: videat qz illi pri⁹ faciēda est resti  
tutio cui prius facta est iniuria. Lōcor.  
Alsten. in sum. vbi. s.

Quid si hereditas nō sufficiat ad satis  
faciendū omnib⁹: nunquid satisfaciet pri  
mo venientibus. Rñdet Alsten. vbi. s. fm  
Guil. in. c. quanqz. ex e. li. vi. qz nō. imo sa  
tissociat eis et alijz p̄ rata. ex de testa. c.  
relatū. et. ff. de pac. l. si plures. Jo. an. dis  
cit qz satis videat in hoc casu tps p̄sideran  
dū: vt qui primo soluit qd suū est integrē  
recipiat. et sic de singulis. de regu. iut. c.  
qui prior. Sed primū dictū magis placet  
mibi Alstensi.

**Sura decimoquarto.** s. q̄tum ad  
penā usurarioꝝ. Quero de pena  
usurarioꝝ. R̄ndet B̄lex. de alexā.

q̄ prima pena usurarioꝝ est q̄ copellunt  
ad restitutionem a iure et a iudice. Si iure  
quidē: q̄ manifesti usurarij triplici pena  
cohiben̄. de qua ex deusuris. c. q̄ in oib⁹.  
dicit. Prima est. q̄ nō recipiunt ad omni  
monē altaris. Secunda q̄ si in hoc pecca  
to decesserint debet carere ecclesiastica se  
pultura. Tercia q̄ eoz oblatōnes accipi  
nō debet: et qui recipit reddere tenet. Cui  
autē debet restituī recitat glo. ibidē du  
as opiniones. Quidā enī dixerūt q̄ tenen  
tur restituere ipi ep̄loco. Alij et meli⁹ q̄  
ille qui dedit: et ip̄e postmodū restituat illi  
a quo accepit. ar ex de usuris. c. cū tu ma  
nifestos. et de homi. c. sicut dignū. Sic er  
go usurarij sunt excōicati ip̄o iure quo ad  
bec tria. Cōtumaces autē et qui iuri non  
obediunt p̄t iuder copellere ad restituendū  
usuras si necesse fuerit q̄ maiore excōmu  
nicationē. ex de usuris. c. q̄ nō solū. Itē  
ex de usuris. c. p̄terea. manda interdictis  
usurarij recipienda p̄ si clerici hoc tem  
perint ab officio et beneficio suspēdi de  
bent. Si aut̄ laici p̄t usq̄ ad dignā satis  
factionē vinculo excōicatiōis astringi pri  
us inſlīta illis pena illius p̄stutōnis: q̄  
fere in oib⁹. Copellunt etiā alio mō. q̄  
si usurarius repetit ab illo usuras repellit  
tur p̄ exceptionē donec ip̄e restituat usu  
ras quas ab illo accepit. ex de usuris. c. q̄  
frustra. An foro aut̄ penitentiali p̄ellen  
di sunt usurarij: q̄ absoluī nō possunt. nec  
debet nisi restituant: aut dilationē petat  
ab illis quibus tenent. aut si pauperes si  
ue impotentes sint ip̄onāt et p̄mitat suo  
cōfessori restituere si venerint ad pingui  
rem fortunā. Unde Aug⁹. Non remittit  
peccatum q̄c.

Quid si certū est et notoriū aliquē fene  
brem pecuniā exigit et cōstat q̄ debito  
res qui soluerūt nō remittūt: sed repete  
rō audet ip̄ter potentia exactorū. R̄ndet  
B̄of. q̄ aliquo denunciante vel etiā nullo  
ecclesia ex officio suo p̄cedet et ad restitu  
tionem cōpellet. extra de usuris. c. cum in  
diocesi.

Enī et quō liceat accipe usurā. c. xv.

**Sura decimoquinto.** s. q̄tū ad  
ad recipientē. An licitū sic recipere  
ad usurā. R̄ndet B̄ic. in. iiiij. dī.

xv. ar. v. q. v. q̄ sic in casu necessitatis nec  
peccat. ar. ad hoc. xiij. q. i. qd culpaē. Nec  
intelligo hic de extrema necessitate: h̄ q̄m  
homo notabiliter damnificare vel nota  
bilem penuriā pateretur si nō accipiat ad  
usurā. Item monal. in sum. dicit q̄ liceat  
sic peccatū p̄ter necessitatē recipere ad u  
suram: tñ in necessitate licitū est. Sed pro  
quāta necessitate licitū sit et p̄ quāta nō.  
hoc nō determinat ars vel scientia: sed vñ  
ctio charitatis que de omnibus docet: et  
est certior omni arte. Idē dicit Bon. in  
ij. di. xxvij. in expositōne illius precepti.  
Nō furū facies. dicens q̄ si quis dat vel  
soluit usuras p̄ter necessitatē nō est immu  
nis a culpa: cum vero ex necessitate soluit  
nō peccat. q̄ licitū est uniuersū redimere  
iuris sui ius verationē. Unde sicut ille q̄  
dat vestes suas latroni anteq̄ p̄mittat se  
interfici nō dicit currere: siue p̄cipare cū  
latrone: sic qui soluit usurā in necessitate  
nō dicit currere cū fure. Quantā autē ne  
cessitatē quis debeat expectare: hoc nō est  
intentionis et rōnis determinate p̄ eo q̄  
fm diversas cōditiones p̄sonarū diuerie  
